

/ Clarissime Domine, Hodie primum accepi exoptatissimum mihi
R/di P. Heriberti Rosveydi volumen de vitis Patrum, tuis praeclaris-
simis typis in lucem editum. Misi continuo volumen illud ad compas-
torem, illi mandans ut egregie illud mihi compingat. Ago immortales
5 gratias charitati tuae, paratus etiam, si quo modo possim, aliquan-
do referre. Accepi etiam duo exempla indicis librorum, qui ex typo-
graphia Plantiniana prodierunt; pro his quoque gratias ago. Expec-
tamus brevi quae in literis tuis, datis die 15 Aprilis, pollicitus
es mittere ad D. Andream Brugiotti bibliopolam, ut nobis per illum
10 reddantur; cum illa venerint, meis literis significabo. Valeas in
Christo, amice optime et amantissime. Deum precor, ut omnia tibi
ad votum succedere jubeat. Datum Romae die 7 julii 1616.

Clariss. Dominationis tuae

Amicus ex animo

15 Milano. Bibl. Trivulzio. Autograf. Autogr. signat. coupée.
ibid. copie.

(ut supra, insuper) :

Robertus Card/lis Bellarminus

(adresse: Clarissimo D'no D'no Balthassari Moreto Typographo Ant-
verpien. Antverpian.

20 Anvers. Musée Plantin. Brieven. B/on de Renette f. 121 n. 23. copie